

Caliopoli vel tuis heredibus ducatos auri viginti unum iusti et legalis ponderis, quos quidem ducatos .XXI. promicto cum meis heredibus dare et solvere tibi suprascripto Stephano vel tuis heredibus aut tuo nuncio vel procuratori legitimo salvos in terra, aut in Alexandria, aut in Rodo, vel in Candida, aut hic in Famagusta, vel in aliis locis quibuscumque ubi me poteris personaliter reperire usque ad sex menses proxime venturos, sub pena quarti totius quantitatis predictae, qua pena soluta vel non, nichilominus presens manifestacionis carta in sua permaneat firmitate donec a me vel meis heredibus tam de capitali quam de pena predictis fueris plenari satisfactus.

Signum suprascripti Michaeli Clostoiensi qui hec rogavit fieri.

Testes: Michael de Ponte, Nicolaus Luntanus»²⁰⁴.

156

1356-1417. Κανονισμός άσκησης του ιατρικού επαγγέλματος. Χάνδακας [λ]. Elizabeth Santschi, «Médecine et justice en Crète vénitienne au XIVe siècle», *Θησαυρίσματα* 8 (1971), σσ. 45-48, αρ. 1-3.

157

1356-1432. Διοικητικές και νοταριακές πράξεις. Αθήνα, Άμφισσα, Άνδρος, Ανδρούσα, Άργος, Αχαΐα, Βενετία, Βόστιτζα, Γαέτα, Γένοβα, Καλάβρυτα, Κέρκυρα, Κεφαλονιά, Κόρινθος, Κορώνη, Κωνσταντινούπολη, Λευκάδα, Μάνη, Ι.Μ. Μεγάλου Σπηλαίου, Μέγαρα, Μεθώνη, Μονεμβασιά, Μυστράς, Ναύπλιο, Νεάπολη, Νεγροπόντε, Πάτρα, Πελοπόννησος, Ραγούσα, Ρόδος, Σκιάθος, Σκόπελος, Σκύρος, Φλωρεντία, Χάνδακας [λ, ι].

Julian Chrysostomides (ed.), *Monumenta Peloponnesiaca: Documents for the History of the Peloponnese in the 14th and 15th centuries*, Athens 1995, σσ. 1-21, αρ. 1-10· σσ. 32, αρ. 15· σσ. 36-39, αρ. 17· σσ. 45-47, αρ. 21-22· σσ. 54-56, αρ. 25-26· σσ. 60-85, αρ. 28-36· σσ. 91-118, αρ. 42-55· σσ. 121-148, αρ. 58-72· σ. 150-230, αρ. 74-119· σσ. 234-235, αρ. 122-123· σσ. 239-253, αρ. 125-130· σσ. 258-266, αρ. 134-139· σσ. 269-287, αρ. 141-146· σσ. 293-297, αρ. 149-151· σσ. 301-316, αρ. 153-160· σσ. 319-321, αρ. 162-163· σσ. 332-377, αρ. 167-188· σσ. 379-557, αρ. 190-293· σσ. 560-593, αρ. 295-320²⁰⁵.

204. αρ. 174.

205. Για την ελληνική πράξη πρβλ. σχετ. Παπαρρήγα-Αρτεμιάδη, Αρναούτογλου, Χατζάκης, *Περίγραμμα*, λήμμα 4α. Πολλά από τα παραπάνω έγγραφα αποτελούν αναδημοσιεύσεις από παλαιότερες

Η ΒΕΝΕΤΙΚΗ ΣΥΓΚΛΗΤΟΣ ΑΠΟΦΑΣΙΖΕΙ ΤΗ ΔΙΑΝΟΜΗ 400 ΔΟΥΚΑΤΩΝ ΣΕ ΠΕΡΙΟΧΕΣ
ΤΗΣ ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΟΥ ΓΙΑ ΤΗ ΣΤΗΡΙΞΗ ΤΩΝ ΠΙΣΤΩΝ ΤΗΣ ΥΠΗΚΟΩΝ

Βενετία, 1389, 22 Ιουνίου

«Capta

† Quia est omnino necessarium pro utilitate et bono nostri Comunis dare aliquam subventionem fidelibus nostris qui sunt in castris Argos, Neapolis et Civeriarum et fideliter ac legaliter serviverunt ut habeant causam perseverandi in fidelitate sua,

Vadit pars quod ad presens mittantur ad manus provisoris nostri ser Peratii Maripetro, ducati III^F in illis rebus que videbuntur dominio, cui committatur quod dictam pecuniam dividere debeat inter illos nostros fideles qui fuerunt et sunt in dictis locis, ut sint magis ferventes ad nostrum honorem, faciendo ipsam divisionem ita equaliter, quod nullus habeat causam querele. Et ut Comune nostrum non patiat ex hoc damnum, committatur dicto provisorio, quod cum illo dextro et habili modo, qui sapientie sue videbitur, procuret exigere deinde ab illis qui tenebantur domino Petro Cornario, totam illam quantitatem pecunie quam poterit nomine nostri Comunis. Et ex nunc sit captum et ordinatum quod a die quo dominatio nostra habuit civitatem Neapolis et a die quo castrum Argos levavit nostrum insigniam Sancti Marci, expensa predicta solvi debeat per nostrum Comune. Ab illis autem temporibus in antea, ut iura nostri Comunis et dicti domini Petri seu domine Marie sint salva et reservata, committatur officialibus nostris Rationum et provisoribus Comunis, quod de dicto tempore anteriori debeant auditis iuribus utriusque partis terminare et deliberare sicut eis videbitur esse iustum»²⁰⁶.

ΣΥΝΘΗΚΗ ΕΙΡΗΝΗΣ ΜΕΤΑΞΥ ΤΟΥ ΔΟΥΚΑ ΤΩΝ ΑΘΗΝΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥ ΠΡΙΓΚΙΠΑ ΤΗΣ ΑΧΑΪΑΣ

Αθήνα, 1391, 29 Δεκεμβρίου

«Noverint universi et singuli presentes literas inspecturi, quod anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo, indictione decima quarta, die vicesima nona mensis Decembris facta fuerunt ad invicem et inhita solempniter pacta et convenciones infrascripte inter nos Nerium dei Aczolli de Florentia, militem, dominum Corinti, duchatus Athenarum et Neopatrie ex parte una, et Albertinum Provane condominium Vilarii Almesii et Humbertum Fabri de Chantiaco, procuratores negotiorum gestores et locumtenentes illustris et Magnifici domini domini Amedei de Sabaudia principis Achaye etc. ex altera, non intendentes propterea aliquibus aliis inter nos factis in aliquot derogari:

Et primo ego, Nerijs supradictus, promicto, ultra servicia per me debita prefacto domino principi de locis meis quibuscunque, predictum dominum principem et super hoc ab eo deputandos toto pose iuvare ad recuperandum et augmetandum totum principatum Achaye et Morree et ad auferendi totis viribus et a Navarensibus et quibuscunque aliis tenentibus seu occupantibus ipsum principatum quoquiescunque per prefactum dominum principem seu per eius locumtenentes fuero super hoc requisites, reservato Serenisimo

εκδόσεις. Για τις σχετικές ισότητες πρβλ. σχετ. Chrysostomides, *Monumenta Peloponnesiaca*, σσ. 595-596 καθώς και στα αντίστοιχα λήμματα του παρόντος.

206. αρ. 53.

domino dispoto Romeorum, genero meo, et quod super hoc consilium, auxilium, favorem, reductum, victualia prestabo et omnia alia ad hec necessaria seu oportuna, donec et quousque Navarenses et alii detinentes dictum principatum totaliter sint expulsi de principatu predicto.

Item promitto, ego Nerius supradictus, non dare reductum alicui de societate Navarensium nec alicui alteri dampno quovismodo de terra dicti domini principis, nec alicui qui non esset gratus predicto domino principi seu eius locumtenenti, nec eis nec alicui ipsorum prestare quovismodo auxilium, consilium vel favorem.

Item promitto, ego Nerius supradictus, procurare cum effectu quod Serenissimus dominus dispotus Romeorum toto suo pose iuvabit predictum dominum principem ad omnia suprascripta, nec contrarium faciet in totum vel in partem omnibus premissi; et etiam quod dictus dominus dispotus sollemniter promittet per se et gentes suas iuvare totis viribus prefatum dominum principem seu eius locumtenentem ad recuperandum et augmetandum dictum principatum Achaye, reservato contra me Nerium supradictum.

Item peto ego Nerius quatenus placeat prefato domino principi facere restitutionem de terris et casalibus, quas et que tenebat et posedebat Magnus Sanescalculus, et hoc relinquo beneplacito prefato domini principis.

Item intendo, ego Nerius supradictus, quod intelligatur facta dicta pacta non preiudicando capitulis factis per me cum dominatione Veneciarum in ea parte dumtaxat ipsorum pactorum qua cavetur, quod ego Nerius teneor facere gueram contra Serenissimum dominum dispotum Romeorum pro recuperacione civitatis Argolicensis.

Nos vero, procuratores et locumtenentes prefati illustris et magnifici domini nostri principis supradicti, promittimus ad instanciam prefati Magnifici domini Nerii dicentis se habere ius in et super loco Bonsticie, quod requirit sibi per dictum dominum principem ministrari quod quocumque per ipsum dominum Nerium vel per suum procuratorem erit petatum seu requisitum dicto domino principi seu eius locumtenenti de iusticia facere hoc ministranda, quod prefatus dominus principes illud faciat summarie et de plano.

Promittentes, nos, Nerius et procuratores superius nominate, per iuramenta nostra ad sancta Dei evangelia corporaliter prestata, ego Nerius videlicet sub obligatione et hypotheca omnium bonorum meorum presencium et futurorum, et nos procuratores sub dicti domini principis obligatione bonorum, premisa omnia et singula prout superius continetur, attendere et observare rata, grata et firma habere et nunquam contra facere vel venire palam vel occulte, directe vel indirecte aus alias quovis modo.

Datum in civitate Athenarum in capella palatii ipsius civitatis presentibus et scribentibus ad hec vocatis et rogatis Dimitrio Rendi, Nicolao Macri abobus notariis et civibus Athenarum, Leonardo de Sancto Petro de Bononia, nobilibus Antonio de Provane de Carniano et Micaele Belenioti de Pinarolio. Sub sigilo mei Nerii supradicti in robor et testimonio premisorum datum ut supra.

Ita est. Nicholaus Macri. Signum (tabellionis) etc»²⁰⁷.

207. αρ. 106.

Ο ΜΕΓΑΛΟΣ ΜΑΓΙΣΤΡΟΣ ΤΗΣ ΡΟΔΟΥ ΠΑΡΑΧΩΡΕΙ ΦΟΡΟΛΟΓΙΚΗ ΑΤΕΛΕΙΑ
ΣΕ ΚΑΤΟΙΚΟ ΤΗΣ ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΟΥ

Ρόδος, 1402, 23 Μαΐου

«*Frater Philibertus de Nailhaco etc., nobili viro Georgio Milcia filio nobilis viri
quir Manolli Enclava salutem in Domino.*

*Propter fidelia obsequia per dictum patrem vestrum et vos, nobis et dicte domui ut
accepimus impensa vos aliquali dono gracie prosequentes, vobis pro satisfacione et solucione
et deducione stipendiorum que anno quolibet a nobis percipitis et habetis, seu percipere et
habere debetis, missam sive talliam loci de Racove et Seliane tenore presencium de nostra
certa sciencia assignamus, ita quod casu quo ipsa missa seu tallia plus valeat, seu excedat
quam vestra stipendia ascendant, id plus reddere et restituere teneamini deputato a nobis,
et si minus valeat volumus vobis satisfieri ad complementum stipendiorum vestrorum.*

Quocirca ut supra. In cuius etc.

*Data Rodi, die vicesima tertia mensis Madii, anno Incarnacionis Domini millesimo
quatercentesimo secundo»²⁰⁸.*

158

1356-1589. Νοταριακά και διοικητικά έγγραφα. Αμοργός, Βενετία, Νάξος,
Σίφνος [λ, ι].

K. Hopf, *Veneto-Byzantinische Analekten*, Wien 1859, σσ. 153-
156, αρ. 1-4· σσ. 162-164, αρ. 7-8²⁰⁹.

159

1356-1621. Νοταριακές πράξεις. Βενετία, Ραγούσα, Χάνδακας [λ, ι].

N. Παναγιωτάκης, «Μαρτυρίες για τη μουσική στην Κρήτη
κατά τη Βενετοκρατία», *Θησαυρίσματα* 20 (1990), σσ. 34-35, αρ.
1²¹⁰. σσ. 37-39, αρ. 3-4Π, σ. 42, αρ. 5· σ. 54, αρ. 12· σ. 62, αρ.
20· σσ. 63-64, αρ. 22· σσ. 66-68, αρ. 24-25· σσ. 74-75, αρ. 28·
σσ. 77-78, αρ. 30· σ. 81, αρ. 32· σσ. 86-88, αρ. 38-39· σ. 89, αρ.
41· σσ. 90-92, αρ. 43-44· σσ. 95-97, αρ. 46-47· σσ. 102-103, αρ.
52· σσ. 125-126, αρ. 67· σσ. 130-134, αρ. 69-71· σσ. 135-136,
αρ. 74²¹¹.

208. αρ. 245.

209. Βλ. σχετ. Γκίνης, *Περίγραμμοι*, λήμμα 88.

210. Τα έγγραφα σσ. 34-35, αρ. 1· σ. 54, αρ. 12· σσ. 74-75, αρ. 28· σσ. 102-103, αρ. 52·
σσ. 131-134, αρ. 70-71 έχουν επαναδημοσιευτεί στο Μαρκάκη, van Gemert, *Venetiae quasi alterum
Byzantium*, σσ. 406, αρ. 3· σ. 409, αρ. 9· σ. 412, αρ. 14· σ. 418, αρ. 21· σσ. 422-423, αρ. 26· σ. 423,
αρ. 27 αντίστοιχα. Πρβλ. σχετ. λήμμα 102 του παρόντος.

211. Αρκετά κοινά έγγραφα με δύο άλλες μελέτες του Ν. Παναγιωτάκη: «Μαρτυρίες για τον